



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi**

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

Capvt. LXIII.

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

Tunc ille dæmoni: Si vis vt recedam, fac, vt id, in quo ego sedeo, ambulet. Sedebat autem in sella viminea. Quo audito, dæmon confestim sellam illam per totam cellam ambulare fecit. Senex autem aspiciens versutiam dæmonis, ait illi Nempe quoniam ita velox, & astutus es, nõ hinc recedo. Factaque ab eo oratione, dæmon cecidit.

*Exemplo sancti huius patris instruimur, non debet monachum à religione deficere.*

## C A P V T. LXIII.

TRES senes venerunt ad Abbatem Stephanum presbyterum, & cum perseverarent loquentes de utilitate animæ, tacebat senior. Dicunt ei senes illi: Nihil nobis respondes, prater? Utilitatis gratia venimus ad te. Tunc ait illis: Ignoscite mihi. Vsque modò non animaduerti quid locuti sitis. Veruntamen quod habeo, hoc dico vobis. Ego die noctuque nihil aliud aspicio nisi Dominum nostrum Iesum Christum in ligno pendentem. Quod cum audissent, multum edificati recesserunt.

## C A P V T. XLV.

ABBAS Ioannes cognomento Molben narravit nobis de venerando sene isto beato Stephano presbytero, quòd cum aliquando iecur illius grauitè infirmaretur, ex qua infirmitate sancta illa anima migravit a corpore, coegerunt illum medici carnem manducare. Erat autem illi frater secularis quidam, sed valde religiosè, & secundum Deum viuens. Factum est autem, cum carnes comederet presbyter, superuenit frater eius secularis, vidensq; illum vellentem carnibus scandalizatus est, & valde contumaciter